Quia ex meritis tam primi intus quam presentis instantie supplicationis processuum attentis constat procuratorem regy fisci et sindicum universitatis ville de nules uti tertii oppositores de quorum Juribus et Interesse sufficienter constat comparuisse in processu executionis instate per nobilem don cotaldum de centellas ad impediendam executionem scententie late per regiam audientiam regni vale die decimo mensis may Anni mille quingentessimi octuagessimi primi per favorem dicti don cotaldi et ad diferenda traditione possessionis supreme Jurisdictionis et cequiatici causis et rationibus in dicto processu de ductis et allegatis que Juxta cetera bona dicte baronie detinebantur sub segnestro super quibus iam pendente lite in dicta regia audientia inter predictum don cotaldum et alios per predictos fisci regy procuratorem et sindicum dicte vile de nules lis fuerat incepta ac incoata Iudicium instrumentis gratie redimendi de dictis mero imperio Jurisdictione et cequiatico et cum in prejuditio ubi tractatur de executione dicte scententie et de tradenda possessione dicte supreme Jurisdictionis et cequiatici agatur de notabili et irreparabili prejuditio dicte universitatis et singularium personarum illius In Iudicium Juris diferenda et retardanda erat et est exe°. dicte scententie et traditio dicte possessionis donec de Juribus dicte universitatis et regy fisci procuratoris cognosceretur et declararetur super predictis mero imperio Jurisdictione et cequiatico seu Juribus illa recuperandi sum per cautionem prestandam per dictum don cotaldum Juxta provisionem regis audientie satis sufisienter non succurratur huic damno et prejuditio irreparabili in quo durior et fortior adversarius efficitur ex missione in possessionem dicte Jurisdictionis respectu dicte universitatis ville de nules Ideo quod legitimi contradictores censeri debent ad impediendam predictam executionem et traditionem possessionis Pre maxime cum in eisdem oppositoribus cesset omnis presumptio calumnie vel suspitio mallitie quod predicta

Arxiu Històric Nules

missionem impedire velint ad predicte cause expe
ditionem retardandam. Idcirco et aliis premissis
mus scententiamus et declaramus bene fuisse per regij
fisci procuratorem et sindicum dicte universitatis
de Nules a dicta provisione die septimo mensis sep
tembris Anni milli quingentessimi octuagessimi primi
per nostrum locumtenentem gralem facta suplica
tum et minus bene per eundem locumtenentem
generalem declaratum et provisum. declarantes
predicta omnia iura meri imperij iurisdictionis
ac eequiatici super quibus pendet lis in dicta regia
Audientia inter predictos fisci regij procuratorem
et sindicum universitatis de Nules ex una et dictum
Don cotaldum parte ex altera fore et esse reponenda
et reducenda sub eodem sequestro sub quo erant tem
pore dicte provisionis et declarationis facte dicta die
septima mensis septembris proxime fluxi. Propterea
reponi et reduci mandamus et administratori dicti
sequestri restitui cum fructibus per dictum Don cotal
dum inde perceptis illorum liquidatione reserva
ta et remissa regie audientie pro ut et quatenus opor
teat remittimus cum presenti non obstantibus in con
trarium deductis et allegatis neutram partium in
expensis ex causa condemnando. Sapena R.

V.t Campi R. V.t Terça R.

Publicata per Petrum franquesa die sabbati septi
mo Aprilis. 1582 Madriti etc.

Sentencia sobre
el Meri y mperi
en favor de Nules

~~Nº 56~~

numero 17

Arxiu Històric Nules